Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

per c. i. in fin: de Vasallo, qui contra tos fit: Lottiar: Vbi Schenck: à Taubenb. n. 3. ea quoq; qua Domino Jure recusare neguit, ab ipso reuerenter & humiliter rogare debet: Sicut vel ex petitione inuestituræ renouatiuæ sub poena priuationis Vasallo concedenda satis constat.

Et ideo, quod ex Wesenb: de feudis cap: ii. n. 15. Vers: Ac uidemus &c. adductum fuit, admitti non potest, maxime cum insuper etiam à communi Doctorum traditione alienum sit, existimantium ne quidem istam clausulam Salvo Jure aut consensu Domini hoc operari, ut uideri non possit, absq; assensu Domini alienationem fuisse facta, sed ad hoc opus esse clausula pleniore, scilicet hac (: nec aliter nec alio modo:) Nam ista clausula non opus esset, si Wesenbeccij traditio locum obtineret &c.

Dominus etiam Wesenb: opinio ad hunc casum referri, accomodariq; potest, quod feuda controuersa pro se & omnibus hæredibus adeoq; si ne assensu alienata fuerint, ut adiecta promissio de impetranda Domini renouatiua investitura, non possit ita accipi, ac si assensus Domini ad ipsum contractum alienationis necessarius ac reservatus fuerit &c.

Quid quod, etsi Venditor clausulam istam communiter traditam apposuisset, nihilominus tamen